

Syriacus. lista occurrit duplici verbo ut dixi in expositione quod oportebat eum; seu ut habet Syriacus opus erat ei transire, per Samariam, non manere, sed transire, veluti compellus a via. Et quamquam ut supremus Dominus nulli legi, ac consuetudini esset adstrictus, tantum in exemplum nostrum omnia observare volebat.

31. Et ideo Evangelista tam notanter advertit, quod oportebat eum transire per Samariam, ne antiquae consuetudini qua Judaei non contumuntur Samaritanis; nec legi, ac dispositioni divinae, qua missus erat ad domum Israel, videretur contrarius. Et hac de causa Christus Dominus dicebat de se Matth. 5. num. 17. Nolite putare, quoniam veni solvere legem aut Prophetas, non veni solvere, sed adimplere. Non fuit contentus, semel dicere, quod non venit solvere, sed bis idem verbum repetit, magnam efficaciam, & conatum in hoc negotio declarans, ut proprio loco notabo & ideo quod Dominus contra praescriptam consuetudinem adveniret in Samariam, ait Evangelista, quod oportebat eum; quia leges, ac probatae consuetudines non sunt contemnendae, nisi ex vehementissima, ac satis urgenti causa, quae multis probata sit, quam Dominus magno miraculo nempe conversione mulieris, ac aliorum, in documentum nostrum voluit comprobare.

32. Ut parens Elias suo populo comprobaret quod non Baal, sed verus Deus Israel supremo patriae cultu esset colendus, in Monte Carmeli crexit duodecim lapidibus altare, & posuit bovem, & oravit: Exaudi me Domine Deus, exaudi me: ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, 3. Reg. 18. num. 37. Et cum haec diceret, missus totam victimam devotavit. Gravis suboritur difficultas: quia videtur, quod Elias egerit contra legem ex duplici capite. Primo, quia ipse non erat Sacerdos, nec Levita, ut vult Abulensis; & tamen immolavit victimam, quod solum ad Sacerdotem pertinebat, Numer. 3. n. 10. cap. 18. num. 6. Secundum videtur, quod egerit contra legem; quia obtulit sacrificium extra Tabernaculum; nam solum in Sanctuario offerendum erat in altari holocaustorum, Levit. 27. n. 9. Deuteron. 12. num. 4. & 16. Elias obtulit in Monte Carmeli. Sed omnium solutio est, quod ipse parens Elias ex dispensatione divina ibi crexit altare Abulensis quæst. 34. Non peccavit Elias, non egerit contra legem, sed ex dispensatione divina sacrificavit, nam Deus exaudivit orationem Eliae, mittendo ignem de caelo. Ne sacrificium Eliae videretur legi repugnans, ignis de caelo prolabitur in signum approbationis, ut in sacrificio Abel factum est, ut vult Theodor. Theodoretus, Gen. 4. n. 4. Tantum per omnem modum exigitur, ut actus perpetratus, in apparentia lege contrariante, cum justitia, ac rectitudine operatus appetitur, ut in ejus comprobationem miracula a caelo exoptentur.

33. Chrylost. D. Thom. Bonavent. Hugo. Cajetan. Responderetur primo ex his, quae dicta sunt cum D. Chrylost. S. Thom. D. Bonavent. Hugone, Cajet. quod transivit per

illam ratione viae in Galilaeam. Quia venientibus directè a Judaea in Galilaeam transeundum, erat per Samariam, quae interfecbat, ut di. Rupert. xi. quæst. 4. Secundo Rupertus lib. 4. in Joannem Oportebat eum transire per Samariam: Quam ob causam: ait, Illam utique, quae longè inferius, post hunc transitum, subiecta est. Quia Propheeta in patria sua honorem non habet: ergo ut verum comprobaret hoc testimonium, id est, non ob aliam causam, apud Judaeos honorem non habet, nisi quia patria sua contribules sui Judaei erant, & praevia invidia totum hominem contemnebant; simulque hoc ex opposito, id est ex eo, quod in patria non sua divinum honorem habiturus erat, oportebat eum transire per Samariam. Oportebat hoc propositio, vel consilio divinitatis congruebat, ut per illos alienigenas iter faceret. Cum Dominus pergeret in Galilaeam, quae erat veluti proprium solum, & nullus Propheeta habeat honorem in patria sua, decrevit per Samariam iter facere, ubi ab illis alienigenis erat maximè venerandus, infra num. 41. & 42. ut ita Patrii confunderetur, quia contemnebant cognatum, quem alienigenae omni honore prosequerantur.

Tertio. Albertus Magnus, Deus vult omnes homines salvos facere, transiit per Samariam, ut vocaret mulierem ad illuminationem depositam, & Amoris dissimulatio quae similiter vocarentur alij per mulierem. Venerat Dominus ad mulierem vocandam ad fidem; & sunt vi amoris necessitati tribuuntur. Amoris dissimulatio quae similiter vocarentur alij per mulierem. Venerat Dominus ad mulierem vocandam ad fidem; & sunt vi amoris necessitati tribuuntur. Amoris dissimulatio quae similiter vocarentur alij per mulierem. Venerat Dominus ad mulierem vocandam ad fidem; & sunt vi amoris necessitati tribuuntur. Amoris dissimulatio quae similiter vocarentur alij per mulierem. Venerat Dominus ad mulierem vocandam ad fidem; & sunt vi amoris necessitati tribuuntur.

Ioannis 4. n. 5. Venit ergo in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar; juxta praedium, Quod dedit Jacob Joseph filio suo.

QUESTIO VI.

Quare transiit Dominus per Samariam?

Responderetur primo ex his, quae dicta sunt cum D. Chrylost. S. Thom. D. Bonavent. Hugone, Cajet. quod transivit per

VERSIONES.

D. Chrylost. bo. Præteriens ergo venit in civitatem Samariae. Venit itaque in urbem Schamaritanorum, quae Vocatur

vocatur Schocar; juxta tumultum agri; quem dedit, etc.

hic ait, Jurisconsulti, licere patri de bonis suis plus uni filiorum, quam alteri conferre; maxime de bonis castrensibus.

EXPOSITIO.

QUESTIO VII.

Quanam fuerit civitas Sichar?

35. Franc. Leuc. VENT, praesens est, ut notat Franciscus Lucas. Venit in civitatem; nam proficiscentibus a Judaea in Galilaeam occurrit haec civitas, quae ipso in itinere sita est: & hoc indicat illa particula ergo; & clarius habet Chrylostomus: Præteriens venit. Venit in civitatem Samaria; dicitur per anticipationem, ut notat Carthusianus; nam Dominus nondum intraverat civitatem, siquidem extra remansit juxta moenia, Apostoli abierant in civitatem ad comparandos cibos, num. 8. postea autem Dominus est ingressus, num. 40. Et quamquam Samaria sit nomen civitatis, hic verò sumitur pro Provincia, quae a civitate principali ita dicebatur; Quae dicitur Sichar; tempore Christi Domini dicebatur Sichar, & in libris antiquis Veteris Testamenti dicitur Sichem, de qua Genes. 35. Vide quæst. sequenti.

36. Juxta praedium, hoc refertur ad civitatem, quae sita erat juxta agrum illum; nam Jesus non erat juxta praedium, sed ad ipsum agrum seu praedium venit, Quod dedit Jacob Joseph filio suo. Hic respicitur ad historiam Genes. 48. num. 22. Quando Jacob moribundus dixit filio suo Joseph: Do tibi partem unam extra fratres tuos; quem tibi de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Et hanc partem Jacob emerat Genes. 33. numero 19. Centum agris a filiis Hemor patris Sichem. Si verò obiter inquiras, quomodo idem praedium emptum sit a Jacob centum novellis ovibus, & idem arcu & gladio a manibus Amorrhæi ablatum respondet Divus Hieronymus relatus in Glossa Genes. 48. Rectè quidem arcum, & gladium dicit pecunias; quibus agrum emebat. Fortissimus arcus, & gladius est aurum; quo expugnantur omnia. Idem Divus Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, per arcum, & gladium intelligit justitiam, & laborem, quo omnia vincuntur. Chaldaeus verò per arcum & gladium interpretatur orationem, qua omnia superantur. Probabilis verò videtur, quod post interfectos Sichimitas Jacob inde egresso Amorrhæi locum illum occupassent; postea verò Jacob vi recuperavit. Syriacus nostrum textum ita legit; Juxta tumultum agri. Nam Joseph moriens in Aegypto jussit inde asportari ossa sua, Genes. 50. num. 24. & sepulta sunt a Josue cap. 24. num. 32. in illo pro Sichem. Ossa quoque Joseph, quae tulerunt filii Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Jacob a filiis Hemor patris Sichem centum novellis ovibus. Et ait textus Juxta tumultum agri, quem dedit Jacob; ac proinde denotatur, quod Dominus erat juxta ipsum tumultum Joseph. Et dicitur: Quem dedit Jacob. fortasse erat consuetudo apud patres, ut eam hereditate darent tumultum sepulchri, ut in ipsa majori possessione de morte homo recordaretur. Quod dedit Jacob Joseph filio suo. Aequissimus pater Joseph sibi benemerito, plus ei possidendum donat, quam aliis concedit. Quod notat Oleaster ad locum Genes. 48. num. 22. Dicunt

Sichar civitas Samariae, quae temporibus Christi ita dicebatur, ea est, & valde celebris, quae vocatur Sichem, Graecè Sichima corrupto vocabulo dicebatur Sichar, ut ad stipulantur Divus Hieronymus. Epistol. 27. cap. 6. quae Hieron. est Epitaphium Paulae. Quae a multis ita existimatur dicta a Sichem filio Hemor Principe terrae illius, Genes. 34. numer. 9. Et Divus Hieronymus cicato loco, Rupertus libri 4. in Joannem. Beda de locis sanctis, cap. 15. & alij putant esse in civitatem; quae temporibus Hieronymi dicebatur Neapolis. Idem verò Hieronymus lib. de locis Hebraicis; & Aranda existimant; Sichar non fuisse Neapolim, sed oppidum aliud ante Neapolim situm. Bocardus verò ait, quod Sichar distat ab ea, quam diximus appellari Neapolim; jactu duorum arcuum. Teste eodem Bocardo Sichar distabat ab urbe Samaria, seu Sabaste duabus leucis; Jerusalem verò, ut vult Abulensis Genes. 12. decem leucis; Fuit haec civitas ab Abimelech Jud. 9. 24. 5. eversa, eam tale super eam disperso. Instaurata tamen fuit civitas a Jeroboam 3. Reg. 12. num. 25. & ibi habitavit, suamque regalem sedem collocavit. Alexander veniens in Judaeam, eam totius Samariae constituit caput, ut testatur Josephus lib. 11. cap. 6. Antiquit. Josephus. taum.

Multa valde memoranda facta in hac civitate narrat Scriptura. Nam Abrahamus, cum Dei jussu egressus esset de Mesopotamia, & venisset in terram Chanaan: primo ad Sichem venit, Genes. 12. num. 6; & ibi illius terrae a Deo promissionem accepit, ac altare Domino adificavit. Divus Hieronymus de locis Hebraicis, affirmat idem esse Sichem, ac Salem, quod potest probari ex Genes. 33. num. 18. de Jacob dicitur Transiit in Salem urbem Sichimitarum; quod Hebraei vertunt, Venit incolentis in urbem Sichem. Ex quo infert Toletus annot. 4. Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum, fuisse Regem hujus civitatis. In Sichem etiam veniens Jacob emit partem agri centum agni, ibique crexit altare, & invocavit super illud fortissimum Deum Israel. Genes. 33. num. 19. In eademque urbe Dina violata est a Principe terrae illius; & ibi a filiis Jacob magna caedes perpetrata est, Genes. 37. a num. 1. Sichem etiam data est in asylum, ac refugium fugitivis, Josue 20. num. 7. & 21. num. 21. Sichem facta est item civitas Sacerdotalis, & data fuit Levitis cum suburbanis suis, cum esset civitas refugii; 1. Paralipom. 6. num. 67. Ossa quoque Joseph, quae tulerunt filii Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Jacob ab Hemor filiis patris Sichem centum novellis ovibus, Josue 24. num. 32. In Sichem denique Israel divisus est a Roboam ob suam insipientiam, & duritiam in populum, 3. Reg. 12. a num. 1. Haec civitas Sichar tot monumentis antiquis valde

In ipsa majori possessione de morte homo recordaretur. Quod dedit Jacob Joseph filio suo. Aequissimus pater Joseph sibi benemerito, plus ei possidendum donat, quam aliis concedit. Quod notat Oleaster ad locum Genes. 48. num. 22. Dicunt

Filio benemerito plus donandum. Oleaster.

Beda. Templum in fonte adificatum.

valde nobilis, sed nunc multo illustrior Christi Domini adventu. Juxta hanc civitatem erat pradium Joseph & in eo fons Jacob de fonte autem, ad quem Dominus venit, scribit Beda de locis sacris cap. 15. Prope civitatem, inquit, Sichem, quae nunc Neapolis dicitur, Ecclesia quadrifida est, hoc est, in modum crucis facta, in cuius medio fons Jacob habetur.

QUESTIO VIII.

Quare Dominus venit ad civitatem Sichar?

40. Ratio litteralis.

Christus per communem viam incedebat.

Rupert. Albert. Mag. D. Thom. Carthuf.

Barradas.

41.

Ammon. Chrysoft. August. Rupert. Euthym. Theoph. Dominus ad benefaciendum. à loco sepe pignorat.

42.

Hieron. Maxime trahitur Dominus ad locum quo Evangelizatur.

gitalis divitias: maxime attrahitur Dominus à loco, ubi tantum est recolitum Sacramentum. Cum Herodes illusus esset à Magis, ac invidia, odiòque arderet, ut Jesum occideret; apparet Angelus, & ait Joseph: Accipe puerum, & fuge in Ægyptum, Matth. 2. num. 13. Sed cur præcipitur abire in regionem quæ omni scelere ac nequitia scatebat, & maxime idolorum cultui erat addicta? in Ægypto exitit prima agni Paschalis immolatio, Exod. 12. num. 1, in quo nostrum Eucharisticum præcipue est adumbratum Sacramentum; & Christus Dominus ad eum honorandum locum, ubi tanti mysterij præcessit figura, ubi primum natus, statim tendit, ut ibi misericordiae suæ thesauros largiatur. D. Leo sermone 3. de Epiphania. Ille, qui sanguinem suum, ait, pro mundi redemptione fundendum in aliam differt aetatem, Ægypto se parentum ministerio subvolutus inulit, ne sine illa regione pararetur singulare hostia Sacramentum, in qua primum, occasione agni, salviferum Pascha Domini fuerat præformatum.

Matth. 2.

D. Leo.

43. Chrysoft.

Bonavent.

Nequitia, ac pigritia filiorum deperditur hereditas à majoribus obtenta.

Jerem. 15.

D. Thom.

44.

Albert. Mag. Ubi abundavit delictum, regnet gratia.

versæ

Genes. 48. Ambros.

Ubi dominata est luxuria, regnet castitas. Euchar.

45.

Ubi Sanctorum reliquias habitatores multa bona consequuntur.

46. Hugo.

Isai. 51.

In Religione Dominus delectatur.

47. Cant. 5.

Idem.

Aponius. Beda. Cassiod.

Lactant.

Cant. 2.

Ghilerius. Domus religiosa seculi à mundo.

Sep tuag.

versa civitatis ad Christum conversa. Moriens Jacob ait filio suo Joseph: Do tibi partem unam extra fratres tuos, Gen. 48. n. 22. Quæ pars, juxta D. Ambrosii, & alios, ut dixi supra, erat Sichema; in qua violata est Dina, Genes. 34. Sed quomodo prudentissimus senex dat castissimo filio in possessionem civitatem, in qua stuprum, & libidinositas cupiditas floruerat? Magno consilio hoc factum est ut ubi dominata erat luxuria, ibi regnaret, ac triumpharet & castitas. S. Eucherius Heredem ergo honorum operum sanctum Joseph pro cateris elegit, cujus opera fratres æquare non poterant: ideo locum stupris, & flagitiis vacantem ad incolatum Sanctorum verbis celestibus, & gladio capiens spirituali, ut ubi habitatores antea lascivias, & principes luxuria versabantur; ubi fuerant incentiva libidinis, & fomenta nequitiae, ibi nunc sancti Sacerdotes magisteria doceant castitatis, & plurimam virginalem integritatis exempla, quodam superna lucis fulgore resplendant.

Quintò. In illo prædio, ad quod venit Dominus in Sichimis, jacebant sepulta ossa Joseph, ut dixi supra num. 38. Convenientissime Dominus hunc visitat locum, ibique mirabilem hanc mulieris, ac multorum civium operatur conversionem: nam ob Sanctorum reliquias in aliquo loco commorantes multa habitatoribus illius bona Dominus impertitur; & magnam sæpe ob Sanctorum corpora misericordiam illi consequuntur, ac impetrant. Vide lib. 2. c. 1. n. 13. m. 63.

Sextò. Cardinal. Hugo. Hæc civitas, ait, dicitur Sichar; quæ interpretatur conclusio, quoniam Religio clauditur tanquam hortus Domini speciosus, & deliciosus. Cum enim Sichar adumbraret Religionem, in qua maxime sibi complacet Dominus, ideo ad illam tam citissime venit. Et de Religione interpretatur. Hugo illa verba Isaiæ 51. n. 3. Ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus, quasi horum Domini, & gaudium, & lætitia invenietur in ea, in Religione gaudium, & voluptas Domini est, & ideo ad illam properanter convolat Jesus.

Dicebat sponsa ad dilectum suum: Veniat dilectus meus in hortum suum, Cantic. 5. n. 1. Et tamen ad domum sponsæ absque alicujus rogatu Dominus venit; & descendit; ac stat ad ostium pulsans: Aperi mihi soror mea, amica mea, columna mea, Cant. 5. n. 2. Cur, ut veniat ad hortum, prius invitatur; tamen absque, alicujus postulatione ad domum sponsæ descendit? Domus illa erat clausa, ut advertunt Apon. Beda, Cassiod. & communiter Expositores, ut bene colligitur ex textu; ac proinde significabat Religiosorum claustrum. Et ubi fuit Religionis umbra, ad illam Dominus se confert; nam ipsa Religio per se eum attrahit, & allicit. Unde ait Lactantius Firmianus lib. 6. quod in Religione delectatur Dominus, & ideo ad illam concitato cursu semper tendit. Ait ipsa anima sancta Christo D. Cantic. 2. n. 17. Similis esto dilecte mi, caprea, hinnuloque cervorum super montes Bethel. Quod de Religione exponit Ghilerius ibi exposit. 2. n. 12. Dicitur Religio mons, quia est valde excelsa, & supereminens, & appellatur mons Bethel, quod divisionem sonat; nam Religio est mons divinus, ac sanctus à mundo, in coque sunt scissuræ, antra, atque concavitates, ubi distinctas, ac invicemque divisas Monachorum inspicias cellulas. Septuaginta verdè, D. Gregorius Sylveira in Evang. Tom. 1. I.

rius Nyssenus homilia 6. legunt: Super montes Bethel, quod interpretatur domus Dei: quia Religio talis habitatio est. Et dum Dominus super hos montes graditur, eosque visitat, ita properato cursu tendit, veluti hinnulus cervorum, qui rapidissimo motu montes, & convalles supergreditur.

Joannis 4. n. 6. Erat autem ibi fons Jacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

VERSIONES.

Syracus. Eratque ibi fons aquarum Jaakoub. Ipse autem Iesus fatigatus erat ex labore itineris, sedebatque ad fontem. Erat hora sexta.

D. Aug. ser. 92. In quo prædio erat fons de temp. Jacob.

D. Chrysostr. Illic fons Jacob erat. hom. 30.

D. Athan. disp. Iesus, quum lassus esset ex contr. Arium, itinere, sedebat.

Ex Hebræo le. Prope fontem: gatur.

Maldonat. ex Hebræo. Fatigatus ex itinere sedebat, ita, aut propterea.

Goticus S. Sedebat super puteum, gust. serm. de temp. 92.

Pagninus, Va. Hora erat ferme sexta: tablas.

EXPOSITIO.

DESCRIBIT Evangelista locum, ad quem venit Dominus, & ejus fatigationem, causam, sessionem, & horam. Quantum ad locum, ait, Erat ibi fons Jacob. In ipso prædio, ut exprimit Divus Augustinus citatus, quod dedit Jacob filio suo Joseph; & ad quod venit Dominus, Erat ibi fons Jacob, valde celebris, ut advertit Rupertus lib. 4. In Joan: vel ob tantum Patriarcham, vel ob fontium penuriam. Valde verisimile est, Jacob fodisse illum puteum ad aquandos suos greges, ut fecit Abraham, Genes. 21. num. 25. Isaac, Genes. 26. num. 15. & 18. Fatigatus ex itinere. Deus, & homo erat; ut Deus infatigabilis erat, omnia portabat verbo virtutis sue, Ipse dixit, & facta sunt. Fatigatus erat ut homo, veram humanam naturam ostendens, ut observant Divus Irenæus lib. 3. cap. 32. Divus Augustinus; & alij, de quo infra. Hujus fatigationis causa extiterat iter, quod Dominus pedibus confecerat. Sedebat, utpote lassatus ex via, Jeremias 14. num. 8. Quare quasi colonus fuit

N

48.

August.

Rupert.

Irenæus. August.

Jeremias.